

Declaratur primò hic casus, vt locum non habeat, quando vir renunciauit ꝑ exceptioni non numeratæ dotis. Nam tunc dos numerata adeo præsumitur, vt oppositius amplius non possit ipsa nõ numeratæ dotis exceptio. Ita gl. in l. vlt. C. de dote cauta non numer. Spec. in tit. de confess. vers. vigesimo sexto, Bart. in l. assiduis, C. qui portio in pign. hab. Castren. in conf. 383. circa primum, col. 1. vers. primus casus, lib. 2. Bald. Nouell. in l. 1. num. 205. & idem Soc. nu. 76. ff. solut. matr. secuti sunt Goz. & Natta, quos retuli, & probaui in conf. 7. nu. 8. li. 1. Et hæc quidẽ declaratio intelligitur, quando renunciatio facta est non incontinenti, celebrato instrumeto confessionis dotis, sed ꝑ ex interuallo. Ita Soc. in d. l. 1. num. 76. ex sententia Bar. & aliorum in l. si ex cautione. C. de non numer. pecun.

Verum idem Soc. in d. l. 1. num. 83. visus est dissentire etiam eo casu, quo super renunciacione adhibuit fuit iuramentum, quia de re dicemus infra in 6. declar. Declaratur secundò, vt non procedat, ꝑ quando lapsus est tempus opponendi exceptionẽ ipsam dotis nõ numeratæ. Ita Bald. Nouel. in d. l. 1. num. 306. & ibidem Soc. nu. 77. ff. solut. matr. qui idem respondit in conf. 82. num. 1. lib. 3. qui alios refert. Et ego ipse in d. conf. 7. nu. 9. eiusdem opinionis commemorauit Gozad. Afflictum, Nattam, Crau. & Rolan. Et huius sententiæ ea est ratio, quia quando elapsus est tempus præstitutum ad opponendam hanc exceptionem, lex ipsa præsumit, & pro cõstanti habet, quod dos verè fuerit numerata, l. vlt. cum auth. subsequenti. C. de non num. pecun.

Declaratur tertio non habere locum, quando iã præcessisset promissio dotis. Nam ꝑ tunc sublecuta cõfessio præsumitur facta causa præteritæ solutionis. Et hoc quidem in præiudiciũ mariti, & successorum. Ita post Spec. & Bald. scripserunt Bald. Nouell. in l. 1. Socin. in d. l. 1. num. 78. ff. sol. matr. qui huius opinionis recenset Ioan. And. in additio. ad Spec. Idem respondit Crau. in conf. 40. nu. 1. vers. secundo, quia qui dixit sic respondisse Castren. in conf. 383. col. 1. vers. secundus casus, sim. 1. & alios nonnullos. Et hæc quidem declaratio cõprobatur opinione eorum, qui dixerunt, etiam nocere marito quando confessio hæc facta fuit post contractum matrimonium, sicuti explicabimus in secundo capite in prima declaratione; creditoribus mariti præiudicare confessionem hanc. Quia de re copiosè differemus infra in subsequenti præsumptione in declaratione tertia.

Declaratur quarto, vt non procedat, quando ꝑ vir sic confessus est in instrumeto guarentigato, quod dispositione statuti, haberet vim rei iudicatæ. Nam tunc dos adeo præsumitur numerata, vt nulla exceptio non facte numerationis obijci possit. Ita Bal. in l. vnica, nu. 4. C. de privileg. dotis, & in l. pecuniæ, Co. de solut. quem secuti sunt Abb. in conf. 73. nu. 4. lib. 2. Bald. Nouell. in l. 1. nu. 214. & ibidem Soc. num. 79. ff. solut. matr. Et idem à fortiori affirmant illi, qui scripserunt, confessionem hæc nocere marito, qui post contractum matrimonium sic confessus est, sicuti dicemus in sequenti capite in 2. extensione sexti casus. Comprobatur fortius auctoritate eorum, qui existimarunt, confessionem hanc mariti, nocere etiam suis creditoribus. Quia de re differemus infra in subsequenti præsumpt.

Declaratur quinto, non habere locum, quando vltra confessionem ꝑ apparent indicia, & coniecturæ dotis numeratæ. Ita declarant Bald. in l. vnica, C. de primil. dotis, quem secuti sunt multi, quos congeffi in conf. 7. nu. 10. lib. 1. & illis accedunt alij congeffi à Didaco lib. 1. variat. resol. c. 7. num. 5. vers. sic ex confessione. Et sufficit leuis coniectura, secundum Curt. sen. in conf. 69. col. 1. Et primam coniecturam prædicti afferunt, ꝑ vt si vir vxori tanquam dotatæ alimenta exhibuit. Ita Bald. & reliqui à me citati in d. conf. 7. numer. 10. quo loci scripsi malè ab

hac recepta opinione dissentisse Socinum in d. l. 1. num. 80. etsi cum eo senserint Bald. Nouel. Fel. Cror. & Goz. quos recenset, & sequitur Did. præcitato in loco, & hæc posterior opinio nunc mihi magis probatur. Nam (vt ex prædictis aliqui scribunt) videtur maritus amore potius coniugali eam aluisse, quam ratione receptæ dotis. Quæ sententia non procedit, quando alia coniectura cõcurrit. Ita Rota Rom. decif. 155. num. 9. & 10. in 2. parte in nouiss. & scripsi in lib. 2. de arbit. iud. casu 134. num. 5. & declarauit infra in sequenti præsumpt. num. 20.

Secunda est coniectura, ꝑ quando vir ille in testamento reliquit aliqua legata, & dixit, ei legata relinquere, vltra dotem suam. Ita respondit Abb. in conf. 73. num. 5. libro 1.

Tertia est coniectura, ꝑ si constat partem illius dotis quam confessus est maritus recepisse, verè fuisse numeratam. Nam tunc præsumitur maritum totam dotem recepisse. Ita Didac. in lib. 1. variat. resol. c. 7. num. 5. vers. sic ex confessione, & vno verbosè scripsit Crau. in conf. 40. nu. 1. in fin. & apertius Soc. sen. conf. 82. num. 2. lib. 3. & Dec. in conf. 536. num. 10. Sed dubia est hæc coniectura ex his, quæ tradit Ripa in l. admonendi, num. 125. ff. de iureiur. & dicemus infra in præsumpt. 8. vbi de libro rationum agemus, & ex Cur. sen. in conf. 54. super duobus col. 4. vers. suadentur.

Quarta est coniectura, & indicium, si vltra mariti cõfessionem ꝑ accesserit vnus testis testimonium. Ita Didac. præcitato in loco.

Declaratur sexto, vt locum non habeat, quando ꝑ vir iurasset dotem sibi fuisse numeratam. Ita Bal. & Salic. in l. vlt. C. de non num. pecun. Castren. in conf. 383. circa primum, col. 2. vers. nos autem, lib. 3. Et illos secuti sunt Paris. Gozad. & Craue. quos commemorauit, & probaui in d. conf. 7. num. 1. r. accedunt Ruin. in conf. 190. num. 8. lib. 1. & in conf. 132. num. 7. lib. 4. Emanuel Costa in l. si ex cautione, in 9. fallentia, num. 2. vers. sed & Bartholomæus Soc. C. de non num. pecun. quo loci num. 1. in specie exceptionis non numeratæ pecun. refert alios, qui se cuti sunt Bald. & Sal. Et accedunt Gutierrez in tract. de iuramento confirmatorio, in 1. parte cap. 37. num. 8. & Lambertengus in tract. super statuto Mediol. prohibente mulieres sine certa solemnitate contrahere. in gloss. 8. num. 87.

Verum Soc. sen. in d. l. 1. nu. 82. ff. sol. matr. ea ratione dubitat, quia exceptio non numeratæ dotis, non impeditur quibuscumque verbis prolatis à creditore tempore contractus. Ita Bald. in d. l. si ex cautione, col. 2. C. de non num. pecun. cum dixit, quod si creditor afferuit, se vere recepisse, nihilominus non impeditur, quominius opponere possit exceptionem non factæ numerationis. Ergo idem dicendum est (inquit Socinus) quando creditor ipse iuravit se recepisse. Verum responderet, maiorem esse vim iuramenti, quam illorum verborum, quæ verè receperit. Nam iuramentum habet religionis sacramentum, aduersus quod si veniret maritus, qui iuravit, detegeret propriam turpitudinem, ꝑ id quod iure permissum non est, l. alias, ff. de iureiurand.

Hæc etiam declaratio locum habet multò magis, quando vir afferuit sibi numeratam fuisse dotem, & renunciauit ꝑ exceptioni dotis non numeratæ, & super tali renunciacione præstitit iuramentum. Ita Bar. in d. l. vltim. C. de non num. pecun. quem secuti sunt Sal. in l. si ex cautione, q. 4. C. de Goz. in conf. 28. nu. 25. Verum dissentit Soc. in d. l. 1. nu. 38. ff. sol. matr. Ea ratione, quia sicuti renunciatio apposita in contractu habet tacitam conditionem, quam habet confessio, ita ergo, & iuramentum appositum super renunciacione, arg. l. vlt. ff. qui fatid. cog. Responderi potest, vt diximus supra, iuramentum reddere efficacem hanc confessionem, cui iam accedit, & renunciacioni maior vis dicitur adiecta. Reliqua à Socino

cino considerata satis leuia sunt.

Declaratur septimò, vt locum non habeat, ꝑ quando constat virum fecisse confessionem illam in fraudem creditorum. Nam tunc confessio præiudicat ipsi marito, ne agere, & reuocare eam confessionem possit. Ita tradit Socin. in d. l. 1. num. 84. vers. quinta, & vltima conclusio, ff. solut. matr.

Ea ratione motus est Socinus, quia si maritus ageret ad reuocandum donationem hanc, allegaret propriam turpitudinem, & ob id repelleretur, l. filio, ff. quæ in fraudem cred. & leg. creditoribus. C. de seru. pign. dato manumisso.

Confert quod docuit Bart. in l. post contractum, nu. 6. ff. de donat. cum scriptis, quod ille, qui alienauit bona in ꝑ fraudem fisci, non potest ea reuocare. Et Bartolum secuti sunt Are. in conf. 159. nu. 12. latè Soc. sen. in conf. 264. col. 2. lib. 2. Dec. in conf. 587. nu. 10. vers. 2. respondeatur, Goz. in conf. 94. n. 55. & Tiraq. de retractu consang. §. 1. gl. 2. nu. 15. & gl. 18. nu. 20. & 24.

Huc etiam facit, quod tradit idem Bartol. in auth. sed iam necesse, C. de donat. ante nup. vbi affirmavit, quod mulier, ꝑ quæ dedit augmentum in rebus mobilibus, non potest assumere in se onus probandi se modicam rem in veritate dedisse.

Et hæc quidem declaratio locum habet etiam in hærede ipsius ꝑ mariti, sicuti docuit Soc. præcitato in loco, ex l. venditrici, Cod. de rebus alien. non alienan. vbi successor venditricis reuocare non potest alienationem à suo antecessore factam, & comprobauit copiosè in conf. 89. num. 37. lib. 1.

Ceterum si maritus ꝑ exciperet, solummodo prædictam confessionem factam ad fraudandum creditores eum non impediret, quominus reuocare possit ipsam confessionem. Ita Soc. in d. l. 1. n. 84. vers. secundum probatur qui intelligit, etiam si mulier fuit fraudis particeps.

Declaratur octauò, vt locum non habeat hic casus, quando ꝑ maritus confessus est recepisse dotem in reali qua immobili etiam pro æstimato data. Nam tunc nulla fraus præsumitur, ita Bal. in l. vnica, nu. 4. C. de priuil. dot. & in l. in contractibus, in princip. q. 1. Co. de non num. pecun. & Did. lib. 1. variat. resol. c. 7. in fi.

Secundus est huius disputationis caput, quando scilicet post contractum matrimonium maritus confessus est recepisse dotem, an præsumatur quod confessus sic fuerit animo donandi, atque ita quod voluerit sibi præiudicare, vel potius spe future numerationis. Distinguit atque constituit Soc. in d. l. 1. nu. 97. ff. solut. matr. plures conclusiones, nos casus appellabimus.

Primus est casus, quando constat, vt præsumitur, quod maritus sic confessus fuerit animo donandi. Hoc in casu dubitatio amplius non est de voluntate, sed potestate.

Et propterea dicitur ꝑ confessionem non nocere marito, qui cum donare non potuerit constante matrimonio, nec etiam donandi animo sic consistere potuit. Reuocari itaque poterit ab ipso marito confessio, seu donatio hæc donec vixerit, nõ autem post mortem, quia eius morte ꝑ censebitur donatio confirmata. Ita probat l. 2. C. de dote cauta non num. vbi gl. & Doct. tradit Soc. in d. l. 1. num. 97. ff. sol. matr. quem secuti sunt Bellon. in conf. 4. n. 2. & in conf. 48. n. 1. Crau. in conf. 40. n. 1. & Did. lib. 1. variat. resol. c. 7. n. 4. vers. quod si confessio, & Thsm. Sanchez in tract. de matrim. lib. 6. disp. 14. n. 13. qui alios refert.

Ceterum quod si dictum fuit, morte confirmari hæc cõfessionem, seu donationem, intelligitur, atque declaratur, ꝑ vt nõ procedat, quando donatio excederet quingentos aureos. Nam licet donatio vltra quingentos aureos non infirmata, non valeat, infra quingentos tamen valet. l. si quis argentum. C. de don. & rursus licet donatio infra quingentos aureos facta inter virum, & vxorẽ

morte donatoris confirmetur, d. l. 2. vbi gl. Attamen, qd facta fuit vltra quingentos, non ꝑ cõfirmatur etiam infra quingentos, & sic pro parte, morte ipsius donatoris. Ita Sal. in l. donationes quas parentes. C. de dona. inter virum, & vxor. Soc. in d. l. 1. nu. 97. ff. sol. matr. sensu Ias. conf. 32. in fin. lib. 3. Qui quidem sic interpretati sunt d. l. donationes, ibi, nam amplioris quantitatibus. Et idem respondit Bellon. præcitatis in locis.

Secundus est casus, quando confessio hæc dotis facta est animo donandi, vel quando præsumitur animus ipsedonandi, & iuramento comprobatus est. Hoc etiam casu non dubitatur de voluntate, sed de potestate, an scilicet maritus iste sic donare potuerit. Hac in re Socin. in d. l. 1. num. 98. iuncto nu. 102. vers. quarto, & vltimo. ff. solut. matr. distinguit duas species iuramenti, confirmatorium scilicet, & assertorium. Confirmatorium ꝑ illud à nostris appellatur iuramentum, quando is qui contraxit, vel confessus est, confirmat iuramento promittendo se id obseruaturum, sicuti in casu nostro, quando maritus confessus est se recepisse dotem, & iureiurando promittit, non contrauenire, atque hoc iuramentum respicit futurum. Assertorium ꝑ verò iuramentum est, cum quis iureiurando asserit, & affirmat ita esse, sicuti in casu nostro, si maritus iureiurando assereret, & affirmaret se dotem recepisse, sicque respicit præteritum. Ita differentiam hanc iuramenti confirmatorij, & assertorij constituit, & declarat in specie nostra Bald. Nouel. in tract. de dote, par. 10. vers. refert ergo.

Quo itaque ad iuramentum confirmatorium, duæ sunt opiniones. Prima fuit Cyni, Io. Andr. & Bart. quos secutus est Soc. in d. l. 1. nu. 98. confessionem mariti hoc iuramento non confirmari, vt valida ꝑ reddatur donatio ex ea resultans, cum simulata donatio sit. Et hanc secuti sunt Ruin. in conf. 137. num. 3. lib. 4. & in conf. 154. num. 5. lib. 5. Paris. in conf. 86. nu. 47. libr. 3. Curt. iun. in conf. 95. num. 4. Rub. in conf. 119. in fine. & in conf. 129. Crauet. in conf. 81. num. 1. Didac. in lib. 1. variat. resolu. 44 c. 7. num. 5. Et huius sententiæ ratio est, quia ꝑ iuramentum non confirmat actum simulatum. Ita gl. & Doct. in l. 2. C. plus valere quod agitur.

Secunda fuit opinio, quod fimo hæc confessio reddatur valida hoc iuramento. Ita Bald. Nouel. in tract. de dote in parte 10. nu. 10. vers. tamen hæc sua, & c. qui dixit, se ita respondisse, & vidisse alios idem consuluisse. Et inquit idem sensisse Imolan. in cap. cum contingat, in 10. membro, num. 85. de iureiurand. idem affirmant Io. Lupus in rubr. extr. de donat. inter virum & vxor. §. 51. nu. 4. Ripa lib. 3. respos. c. 6. Crau. in conf. 81. nu. 3. & Ale. in c. cum contingat, n. 85. Ea ratione vsus est Baldus Nouellus, quia quod iuramentum non firmet actum, prout est in apparenti, & sic quod non est verum, nõ ex alio procedit, quam quod in eo actu apparenti, & non vero, non adest partium consensus. Attamen actum firmare dicitur, cum in eo partes consenserint. Verum respondetur, non esse certum quod maritus consenserit, vt illa confessio effectum habeat donationis. Et ex vno actu tot præsumptiones non colliguntur. Ita respondet fufius tamen, & clarius Didacus in d. c. 7. nu. 5. vers. ego sanè. Quo verò ad iuramentum assertorium, quando scilicet maritus iureiurando asseruit se recepisse ipsam dotem, sunt etiam opiniones. Vna fuit eorum, qui scripserunt, & consequenter donationem reddi validam, atque ita maritum non posse conqueri, eamque vt simulatam reuocare. Ita sanè sensit Castren. in conf. 383. circa primum, col. 2. vers. nos autem, lib. 2. Socin. sen. in conf. 82. n. 2. lib. 3. Ea ratione ij moti sunt, quia ꝑ præstans iuramentum super actu simulato, non potest allegare simulationem, quia allegaret, & detegeret propriam turpitudinem, contra l. alios, vbi Doct. ff. de iureiurand. sic tradunt Butrius, Abba. & Imola in c. cum contingat.

Tomus Primus. V de iure-

de iure iuran. Imola in l. nemo potest, & ibidem Ias. in r. lectura, nu. 54. & Ripa nu. 76. de leg. 1. Ruin. in conf. 8 r. num. 20. lib. 3. & late Paris. in conf. 53. nu. 37. & in conf. 54. num. 11. & num. 39. lib. 1.

Secunda fuit opinio eorum, qui existimant, confessionem hanc, & consequenter donationem ex ea provenientem, non reddi validam, atque ita maritum posse illi contravenire. Ita Socinus in d. l. 1. nu. 103. ff. sol. mar. & eo prius ac apertius Bald. Nouell. in tracta. de dot. in d. parte 10. n. 10. vers. Nec obstat dictum Cyni, quem secuti sunt Ruin. in conf. 130. n. 4. & in conf. 190. n. 8. lib. 1. Paris. in conf. 42. n. 5. lib. 1. Bellonius in conf. 47. nu. 7. & in conf. 48. n. 4. & Didacus lib. 1. variat. resol. c. 7. n. 5. sic etiam Emanuel Costa in l. si ex cautione, in 9. fallen. in fi. C. de non num. pecun.

Tertius est casus, quando confessio dotis recepta constante matrimonio, facta est in ultima dispositione, ut in testamento, & codicillis. Et ambigitur quo animo facta fuerit, an scilicet sub spe futura numerationis, vel donandi animo. Hoc in casu recepta est Doct. sententia, præsumi animo donandi factam confessionem. Ita post Alex. in l. si diuortio, nu. 5. ff. de verb. oblig. scripsit Soc. in d. l. 1. nu. 99. ff. sol. matr. Et præter Socinum idem affirmant Bar. in l. cum quis decedens, §. Titia, in fin. de leg. 3. Rom. in conf. 445. nu. 9. Caltr. in conf. 383. circa primum, col. 3. lib. 2. Alex. in conf. 142. nu. 4. lib. 5. Paris. in conf. 62. in fin. lib. 1. Idem ego respondi in conf. 81. nu. 15. lib. 1. ubi recensui alios sic affirmantes. Et moti sunt l. qui testamentum, ff. de probat. & in d. l. cum quis decedens, §. Titia. Et accedit ratio, quia quando testator in testamento, vel codicillis sic constituitur, nulla subest spes futura numerationis, ut inquit gl. in l. vlt. C. de falsa causa adiecta legat. quam dixit singulari Bald. in tit. de pace Constantiæ, in verbo, valalli. Cum ergo præsumatur facta confessio spe futura numerationis, sequitur dicendum præsumi factam animo donandi. Ceterum ratio hæc omnino concludere tantum videtur quod testator laboraret in extremis; secus vero si esset sanus quia tunc spem futura numerationis habere potest.

Quartus est casus, quando maritus constante matrimonio confessus est se recepisse dotem, & renunciavit exceptioni dotis non numeratæ. Hoc in casu disputatio est de voluntate ipsius mariti contentis, an scilicet confessus sit spe futura numerationis, vel animo donandi. Recepta Doctorum sententia est, quod donandi animo sic confessus fuerit, ita docuit Soc. in d. l. 1. nu. 200. solut. matr. post Imolam in l. si constante, ff. solut. matr. & Aret. in l. si diuortio, de verborum obligat. & in conf. 86. num. 3. Et his accedit Alex. in conf. 142. nu. 5. lib. 5. qui communem esse testatur, & ait in consulendo, & iudicando non esse ab hac recedendum. Ita quoque Ruin. in conf. 130. num. 1. & in conf. 190. n. 5. lib. 1. in conf. 132. num. 15. in conf. 137. nu. 6. lib. 4. in conf. 56. num. 4. & in conf. 163. nu. 4. lib. 5. Goz. in conf. 28. n. 21. Bellonius in conf. 4. num. 2. & in conf. 47. nu. 5. & in conf. 48. num. 1. Paris. in conf. 86. nu. 35. lib. 3. Didacus lib. 1. variat. resol. c. 7. num. 4. vers. ego opinor. & Thom. Sanchez in tract. de matrim. lib. 6. disputat. 9. num. 1. in fin. Et huius quidem traditionis ratio ea est, quia maritus

renunciando ipsi exceptioni dotis non numeratæ significat spem non habere quod sibi numeretur, & propterea non potest dici confessio facta spe futura numerationis, sed donandi animo. Comprobatur hæc opinio ex his, quæ dicimus in prima extensione subsequens casus, ubi facta confessione, & elapso tempore opponendi exceptionem non numeratæ dotis, præsumitur facta confessio animo donandi, cum maritus permittendo labi tempus ad opponendum prædictam exceptionem, censetur tacite illi renunciasse, iuxta gl. in l. si ergo, ff. de nego. gest. si id contingit in tacita illa renunciatione, multo

magis idem dicendum est in hac expressa, iuxta gl. no. tab. l. 2. C. de dotis promissis.

Nec obstat, quod docuit Bart. in l. assiduis, C. qui portio. in pign. hab. cum dixit, confessionem mariti factam cum hac renunciatione, operari ne maritus possit opponere eam exceptionem dotis non numeratæ. Nam respondet Soc. in d. l. 2. nu. 100. in fi. Bartolum loqui confessionem factam ante contractum matrimonium. Quare de re diximus in præcedenti capite in 1. declarat. secundi casus. Et hunc casum intellexit Bellon. in d. conf. 4. n. 2. procedere etiam si nulla facta sit renunctio.

Quintus est casus, quod ante contractum matrimonium fuit promissa, deinde post contractum ipsum matrimonium maritus confessus est recepisse dotem ipsam. Hoc in casu recepta est Doctorum opinio, quod maritus si sic confessus sit, non spe futura numerationis, nec etiam animo donandi, sed quia verè dotem ipsam receperit. Ita Petrus, Cynus, Fulgofus, Salicetus, & Cast. in l. in contractibus, §. sed quoniam, C. de non numerat. pecun. Bart. in auth. de tempore non solutæ pecuniæ, in prin. nu. 6. Rom. in conf. 445. nu. 7. & in l. si constante, in prin. nu. 44. ff. sol. matr. Caltr. in l. pen. §. si vir, n. 3. ff. eo. solut. matr. & in conf. 383. circa primum quo. colum. 1. vers. secundus casus, lib. 2. Ancha. in conf. 307. Ale. in d. l. pen. §. si vir. Bald. Nouellus in tract. de dote, parte decima, nu. 17. Felin. in c. si cautio, nu. 82. de fide instr. A. ff. in decif. 402. nu. 2. Rubeus in conf. 78. in fi. Crau. in conf. 40. col. 1. vers. secundum quia, & Didacus lib. 1. variat. resol. c. 7. num. 6. ubi communem esse testatur, & accedit Rota Rom. in decif. 485. num. 2. lib. 3. partis in nouiss. & Thom. Sanchez in d. disput. 9. numer. 10. Et multi ex prædictis eiusdem opinionis recesent Io. Andrea, quem aliter est interpretatus Socinus, ut dicemus infra. Et ij quidem moti sunt primo textu d. l. in contractibus, §. sed quoniam, ibi. Illis etiam securitatibus, quæ post confessionem dotalem instrumentorum de soluta dote, vel ex parte, vel in solidum exponuntur, nullam non numeratæ pecuniæ exceptionem penitus opponi. Et licet illa verba, dotalem instrumentorum, possint intelligi secundum gl. Bartolum, Baldum, & Albar. ubi, quod maritus semel confessus fuerit recepisse dotem, atque ita

geminatæ esse confessionem, quæ exceptionem non numeratæ dotis excludat, at tamen intelligi etiam possunt, ut significent, dotis promissionem præcessisse. Secundum rationem prædictam perpendunt, quia non videtur hoc fide spe futura numerationis, quia priusquam maritus habeat uxorem obligatam ad ipsam dotem, iam habet, quod affectauerat, nempe uxorem dotatam, quam uxorem potest ad libitum conuenire pro solutione dotis. Quæ sanè ratio cessat, quando maritus sic constituitur ante contractum matrimonium, quia viri ut plurimum inducuntur ad consentiendum recepisse dotem ad hoc, ut ipsam uxorem habeant, sperantes postea sibi solutum iri dotem.

Contrariam tamen opinionem præter veriore esse scripsit Soc. in d. l. 1. nu. 102. vers. sed conclusio mihi nunquam, ff. solut. matrim. qui quidem num. 95. iam dixerat hanc confessionem præiudicare marito consentienti, & eius successoribus: sed ibi Socinus loquitur de confessione receptionis, facta ante contractum matrimonium: Hic verò post ipsum matrimonium. Hæc volui dixisse, ne inconstanter arguatur Socinus, sic etiam Emanuel Costa in l. si ex cautione, in fallent. 14. vers. ego nihilominus, C. de non num. pecun.

Primo ea ratione motus est, quia illæ rationes quæ reddunt suspectam hanc confessionem, ut scilicet præsumatur facta animo donandi, locum habent etiam, quando iam præcessit promissio ipsius dotis. Et præsertim, quia facilis quis se obligat, & remittit, quam quod re ipsa donet. l. sed si ego, ff. ad Velleia. & tradit Bal. in l. si duo, ff. de

ff. de verb. oblig. Verum responderi potest, quod si maritus habuisset animum donandi, non curasset sibi fieri promissionem illam dotis ante contractum matrimonium, sed eo tempore confessus fuisset se eam recepisse, id quod est magis verisimile. Cum vir minus tunc impediatur donare, quam post contractum matrimonium.

Secundo mouetur Soc. quia d. l. in contractibus, §. sed quoniam, tollit quidem exceptionem dotis non numeratæ, non autem simulationis quæ perpetua est, l. sub specie, C. de postul. Respondetur & negatur prædicta ratione, quod hic adfit simulatio.

Tertio mouetur Socinus, quod quando maritus confessus est se recepisse dotem, illa confessio significat, quod numeratio facta fuerit tempore illo confessionis, sicuti docuit Bart. in l. post dotem, quæst. 1. ff. solut. matrim. atque ita tempore iam contracti matrimonij, quo sanè tempore videtur mulier nihil ex suo tradidisse, cum omnia bona ipsius mariti essent præsumantur, l. etiam, C. de iure dotium. Ergo maritus præsumitur sic confessus animo donandi.

Ceterum leuis est Socini consideratio, quæ solū posset habere locum, quado ipsamet mulier, quæ non apparet unde habeat bona, dotem ipsam promississet. Secus verò quado vel à patre, vel alijs promissa fuit dos nomine mulieris, vel ab ipsamet muliere, quæ bona haberet.

Quarto mouetur Socin. auctoritate Io. Andr. in additionibus ad Spec. in tit. de don. inter virum & vxor. qui sic distinguit. Aut confessio est facta constante matrimonio, & tunc præsumitur facta animo donandi. Aut fuit ante contractum matrimonium, & tunc distinguit Ioan. Andrea, aut præcessit promissio, aut non, sensu ergo Io. Andr. quod, quando confessio facta est constante matrimonio, non est distinguendum, an præcesserit, vel non promissio dotis.

Verum facile respondetur, quod etsi Io. Andr. ita non distinguat, in confessione facta constante matrimonio, attamen reliqui supra citati interpretes distinguunt.

Sextus est casus, quando maritus constante matrimonio simpliciter confessus est recepisse dotem. Et dubitatur, an animo donandi, vel spe futura numerationis sic confessus sit. Hoc in casu sunt opinioniones Doctorum. Vna fuit eorum, qui existimant, confessionem hanc fuisse factam animo donandi. Ita affirmant Io. Andrea in addit. ad Spec. in rubr. de don. inter virum & vxor. Bar. in l. si diuortio, nu. 3. ff. de verbor. obligat. & in l. Papi-nianus, ff. de don. inter virum & vxor. Aret. in §. fuerat, num. 14. in instr. de actio. Abb. in c. et si necesse, col. 1. de don. inter virum & vxor. Alex. in conf. 40. num. 9. lib. 1. Bal. Nouell. in tract. de dote par. 10. nu. 6. 7. & 18. Soc. in d. l. 2. nu. 101. ff. solut. matr. & in conf. 65. lib. 1. Claud. Seyfel. in d. l. si diuortio, nu. 7. ff. de verb. oblig. Ruin. in conf. 130. nu. 1. & in conf. 190. num. 5. lib. 1. Curt. lun. in conf. 95. nu. 3. Bellon. in conf. 4. nu. 1. in conf. 47. num. 1. & in conf. 48. num. 1. & Monterenius in comment. ad statuta Bononiæ, lib. 4. rubr. de dotibus restituentis, §. etsi maritus, in glos. confessata. Bolsius in tract. caular. criminal. tit. de bono. publicat. num. 49. decif. Perus. 66. lib. 1.

Primo assertur tex. leg. quod de suo, C. de dote cauta non num. qui quidem non probat, solum enim decidit Alexander, quod si maritus constante matrimonio donandi animo in dotem adscripsit, & C. Quo autem modo in dotem scriperit: atque ita quomodo constet de donandi animo, non declarat Imperator ille.

Secundo perpendi solent, l. qui testis, ff. de probat. l. cum quis decedens, §. Titia, ff. de leg. 2. ducio argumento à dispositione vltima, ad actum inter viuos, iuxta l. que de legato, de leg. 2. cum vulgatis. Illis enim in responsis habetur, quod si maritus in testamento, vel codicillis constituitur se recepisse dotem ab vxore, cum de ipsa numeratæ

atione aliter non apparet, præsumitur, quod ei donauerit. Idem ergo dicendum est, quando in actu inter viuos sic confessus est. Ceterum facile respondetur, d. l. qui testamentum, & d. l. cum quis decedens, §. Titia, loqui in confessione facta in vltima voluntate, quæ quidem mulierum differt à facta in actu inter viuos. Non enim cum in vltima dispositione sit, subest illa spes futura numerationis, quæ extat in confessione facta inter viuos.

Secunda fuit opinio, præcedenti contraria; quod scilicet licet maritus confessus sit non fuerit, ut donaret, sed sub spe futura numerationis. Hanc probant Rom. in l. si diuortio, nu. 6. ff. de verb. oblig. ubi Imola & Aret. idem scribunt, sic & ipse Rom. in conf. 445. nu. 7. Salic. in l. 1. col. 2. C. de dote cauta non numer. Anch. in conf. 307. Camp. in tract. de dote, par. 1. q. 5. 2. l. si fuerat, nu. 93. in instr. de actio. Fel. in c. si cautio, num. 71. de fide instrum. Crau. in conf. 40. col. 1. & Did. Couar. lib. 1. variat. resol. cap. 7. nu. 4. vers. sed quod etiam matrimonio. Et hæc quidem sententia mihi magis probatur. Primo ea moti sunt ratione, quia quando sumi potest coniectura, quod alia ex causa quam donationis factum quid sit, sumi illa debet, non autem donationis, l. cum de indebito, in prin. ff. de probat. & l. si cum aurum, ff. de sol. & scripsi in lib. 2. de arbit. iud. casu 88. col. 1. Atqui nostro in casu sumi potest coniectura, quod spe futura numerationis facta sit confessio. Ergo præsumi ita debet, non autem donatio. Verum respondet Soc. in d. l. 1. nu. 101. ff. sol. matr. quod cum dos requiratur numerationem, l. 2. C. de dote cauta non num. confessio facta inter personas, inter quas prohibita est donatio, suscipi præsumitur, ut in l. qui testamentum, ff. de probat. & in simili confert, l. 1. C. de spons. leg. 1. C. de natura. liber. & quod docuit Bar. in l. si quis, nu. 4. ff. de vulg. & pupil. substitit. cum dixit, si spurius reperitur possidere bona patris, empta ab eo cui pater vendiderat, fraus præsumitur.

Hæc Socini consideratio, ni fallor, magis confirmat argumentum, quam illud impugnet. Si enim prohibita est donatio inter virum, & uxorem, non est credendum quod maritus voluerit aliquid facere contra legem, quia esset præsumere delictum, contra l. marito, ff. pro socio, sed secundum eam. Et ideo sumi potius debet interpretatio, quod confessus sit fuerit, ob spem futura numerationis. Nec repugnat d. l. qui testamentum, ff. de probat. quia ibi sumi non poterat alia præsumptio, quod aliam iustam ob causam sic confessus fuerit, quam vel legaret ei, qui capere non poterat. Sic etiam euitatur d. l. 1. C. de spons. & l. 1. C. de natura. lib. & traditio Bart. in d. l. si quis, ff. de vulg. qui loquitur patiter in spurio, cui pater nullo modo relinquere poterat.

Secundo vel ex eo argumentantur, quod si dicemus, hanc confessionem factam fuisse alio animo, quam spe futura numerationis, ferè nunquam locum haberet tit. C. de caut. non num.

Nec repugnat consideratio Socini in d. l. 1. nu. 101. quod imò is titulus potest multoties habere locum in confessione facta à marito ante contractum matrimonium, sicut post Io. Andrea, & alios diximus supra in præcedenti capite, in secundo casu. Nam replicari potest, has confessiones frequentius fieri post contractum, quam ante contractum matrimonium, quemadmodum quotidiana ipsa experientia docet. Et significant permulta à iuristconsultis reddita responsa, quæ sunt de his confessionibus factis, post contractum matrimonium. Ita sane Anch. in d. col. 307. Rom. in conf. 445. num. 5. Alex. in conf. 142. lib. 5. Ruin. in conf. 130. & in conf. 190. lib. 1. & alij multi supra commemorati. Crauet. in conf. 40. col. 1. cum tamen perpauci responderint de confessionibus factis à viro, ante contractum matrimonium.

Quare cum frequentius contingat confessiones fieri post contractum matrimonium, verisimile est, quod de Tomus Primus. V 2 his